

& x, & iurium Curie Episcopalis. Quia illud non impedit circumductionem decreti præcedentis, cum censeatur circumductum, eo ipso quod emanavit secundum, ut fuit decifum in Romana pecuniaria 15, Decembris 1610. coram Corduba, impressa apud Marches. de commiss. part. 1, fol. 1222, n. 4, in qua fuit recessum ab alia contraria prius edita in eadem Causa 1, Julii 1609, coram Ottembergo, ut refert Gratian. dilceptat. 428, n. 4, & seqq. Addent. ad sa. me. Greg. XV. dec. 140, n. 17, vers. nam hodie, ubi quod hodie, stante præallegata prima decifione, non est ab hac opinione recedendum. Sed in hoc casu res caret difficultate. Quia dicta clausula (sine præiudicio) appofita in ultimo decreto, non loquitur de decreto præcedenti, cum sit restricta ad intimacionem factam, & ad iura Ecclesie, ibi, sine præiudicio intimacionis factæ, & iurium Curie Episcopalis, copiam petitorum, & investiturarum decrevit cum termino, &c. Et proinde non poterat Vicarius Metropolitanus super illa procedere, sed tenebatur causam remittere ad ipsum D. Episcopum Cervien. + Ordinarium, tam ex dispositione Sacrorum Canonum, ut expresse deciditur in cap. cum Ecclesia de appell. ibi, non ante appellacionem admittas, quam tibi constiterit eam, vel à gravamine, vel iniusta condemnatione porrectam, alioquin ipsam ad prædicti Episcopi audientiam remittas appellacione remota; & in cap. duo simul de offic. ordinar. quàm Sac. Concil. Trident. sess. 24, de reformat. cap. 20, vers. neque appellaciones, de qua post alios, Barbof. de potest. Episcopi alleg. 81, n. 2, cuius dispositio procedit, etiam in causis, in quibus agitur de interesse Mensæ Episcopalis. Nam & in his Episcopus est Iudex 7 competens, + legitime procedit, antequam fuerit recusatus secundum veriorem sententiam; quam probat Abbas in cap. cum venissent sub n. 13, ibique notant cæteri Scribentes de re iudic. Felin. in cap. insinuante nu. 3, vers. causa Ecclesie de offic. deleg. Oldrad. consil. 156, n. 1, vers. sed in casu nostro, quam sequuta fuit Rota in Lucana Juris patronatus 6, Novembris 1602, coram bon. mem. Coccin. inter ejus impressas decif. 70, num. 1, & 2. Ita quod cum instarent Procurator D. Episcopi, ut causa remitteretur ad ejus forum, & Lucatellus, ut procederetur ad ulteriora coram ipso Metropolitanano, ille autem Vicarius Metropolitanus assignaverit terminum sex dierum ad justificandum, & impugnandum, dicitur eo pacto admisisse appellacionem interpositam à Lucatello, ac remissionem ipsius causæ ad Ordinarium Cervien. tacite denegasse, & in effectu pronunciasse se competentem. Si quidem, licet simplex datio termini Juris non importet, + quod quis se tacite declaret Iudicem 8 competentem, quia inservit potius Judici ad deliberandum, an debeat appellacioni deferre; in quibus terminis loquitur Rota coram Comitulo decif. 49, nu. 3, & 4. illam tamen importat præfixio termini ad justificandum, & impugnandum per ea, quæ in specie tradit Marc. Anton. de Amat. decif. Marches. 76, in principio, & sub n. 1, & consonat observantia Curie Ravennaten. de qua testantur plures Curiales, habetque fomentum rationis. Et ratio est quia postquam Iudici secundæ Instantiæ fuit exhibitum decretum primi Iudicis, quod ex lectione apparet inappellabile, non erat opus ulteriori justificatione ad imbuendum animum Iudicis, ut appellacionem rejiceret, & per consequens terminus ad justificandum, & impugnandum re-

spicit per necesse merita negotii principalis, Surdus decif. 327, sub n. 5, versic. ad tollendas. Et implicat rejectionem exceptionis declinatoriæ fori, sicut in simili, Caputaq. decif. 281, ibi, secus, si contra Instrumenta part. 2. Quapropter * dict. Decretum Vicarii Metropolitanis super hoc articulo, vim habet sententiæ definitivæ, ac per consequens est appellabile juxt. gloss. fin. communiter receptam in authent. habitam in fin. versic. item quod si Iudex Cod. ne filius pro patr. Franch. in cap. si duobus sub num. 30, versic. ex quibus de appellat. Becc. consil. 31, n. 6, & per totam. Rot. coram bon. mem. Burar. decif. 134, nu. 2, & seqq. cum aliis pluribus relatis per Scacciam, ubi supra quæst. 17, limit. 6, memb. 7, sub n. 51, & per Marc. Anton. de Amat. dict. decif. Maceraten. 76, sub num. 2, & per totam, ubi loquitur in terminis similis decreti: Etiam si expresse non se declaraverit Iudicem competentem. Quia ex Franco, & aliis supra allegatis procedendo ad ulteriora, contra Promotorem Mensæ Episcopalis præsentem, censetur tacite pronunciasse se esse competentem, ut bene ex allegatis per Scacciam ubi supra, num. 59, & 60, qui distinguendo processum, qui fit contra præsentem ab eo qui fit contra contumacem, declarat: quando processus fit contra contumacem, & Iudex non pronunciat se expresse Iudicem competentem, tunc per processum ad ulteriora non ceteri pronunciasse super competentia; & ideo processum esse nullum, ex quo Iudex erat ipso jure incompetentens. Ratio est, quia contumax * non censetur consentire in Iudicem, seu prorogare illius jurisdictionem. Bartol. in leg. ex quacumque sub nu. 8, ibi, sed si hoc non pronunciet, ff. si quis in jus vocat. non ierit. Franch. in dict. cap. duobus dict. n. 30, ibi, aliquando & secundo processus. Gabriel. conclus. 1, num. 7, vers. secus vero tit. de except. lib. 2. Ex quibus, cum decretum Metropolitanis esset appellabile, apparet A. C. legitime processisse vigore jurisdictionis illi attributæ in quibuscumque causis appellacionum in Curia, vel extra interpositarum juxta suos ordinarias facultates, de quibus in dict. §. 9, versic. & quascumque alias. Igitur mandatum, de quo queritur, non potest dici nullum ex defectu Jurisdictionis.

Uterius concurrens consensus Procuratoris Lucatelli in Jurisdictionem A. C. ex quo sub die prima Septembris citatus ad docendum de mandato procuræ, alias videndum mandari procedi per contra dictas, comparuit, & produxit mandatum procuræ absque ulla repetitione declinatoriæ fori, eligendo domicilium, & protestando nihil fieri, nisi ipso citato, * ex qua protestatione dicitur in jurisdictionem concessisse. Quia alioquin aliæ citationes fieri non debuissent, nec erat opus, quod ille citaretur, ut in terminis similis protestationis factæ à procuratore habente mandatum sufficiens, tradit Marches. de commiss. part. 3, fol. 168, sub n. 50, ubi signanter sub n. 52, versic. unde si voluit dicit, quod si procurator voluit ad omnes actus citari, se ad telam judicariam præparavit, & per consequens consentit in jurisdictionem; & sub n. 55, subdit fuisse in signatura gratiæ coram foelic. record. Clemente VIII. ita sentiente Sanctitate suâ, declaratum, quod producens mandatum ad evitandum processum per contradictas, & protestans nihil fieri, nisi se citato, videtur consentire in jurisdictionem, & propterea Commissio in una Bracharen. Illegitimitatis, in qua

qua petebatur causam ad partes remitti, lacerata fuit, & remansit causa in Rota, quæ ratio procedit in hoc casu. Quia A. C. antea sub die 27. Augusti jam declaraverat se velle procedere in negotio principali reponendo à decreto moderacionis inhibitionis, ita quod dum Procurator postea sub die 1 Septembris protestatus fuit se velle in posterum citari, non potuit intelligere, nisi de citationibus faciendis in negotio principali, maxime cum dicta protestatio, comparitio, & mandati exhibitio facta fuerint postquam A. C. declaraverat causam in Curia esse cognoscendam. Quinimò, cum postea sub die 10 Septembris idem Procurator Lucatelli citaverit ad videndum reponi à decreto facto sub die 27 Augusti, & remitti causam ad partes, ac fuerit reiectus, nullam interposuerit appellacionem, neque adiverit Signaturam, * prout adire debebat, si se sentiebat gravatum, inde sequitur acquiescisse, fecisse suum decretum Reintegrationis inhibitionis, juxt. text. in cap. 2, ut lite pendente in 6. Mohedan. decif. 3, in fin. de iudic. Part. decif. 71, lib. 3. Caputaq. decif. 125, part. 3, & decretum iupradictum transivisse in iudicatum, ita ut per sequentem instantiam remissionis causæ, non potuerit tollere prorogationem jurisdictionis A. C. Iudicis Ordinarii ex dicto præcedenti consensu ad text. in leg. si convenerit, ff. de iurisdic. omn. Iudic. ubi Bart. & Alber. n. 30, Franc. Becc. cons. 22, n. 5, Giurb. decif. 96, n. 14, ut post Felin. & alios in cap. cum omnes n. 8, de consil. firmavit Rota in Auximiana Censu 10 Martii 1636, coram me, quæ est decifio 306, part. 7, recen.

Neque potest in dubium revocari quin Procurator Lucatelli haberet mandatum ad consentiendum in Jurisdictionem. Quia satis patet ex Clausulis amplissimis positis in mandato procuræ, ibi, ac si dictus D. Constitutus præsens esset, facere posset, etiam si talia forent, quæ magis speciale requirerent, & exigerent mandatum cum clausula amplissima ad lites, & causas, pleno, plenissimo mandato, &c. plena, libera, &c. cum facultate substituendi, &c. quibus stantibus, certum est procuratorem ea omnia facere potuisse, quæ poterat facere principalisinet, * etiam si speciale mandatum requirerent l. procurator cum libera, & ibi Bart. de procurat. Rota coram Seraph. decif. 238, n. 3, in recent. decif. 428, n. 19, part. 5, cum ibi allegatis.

Non obstat, quod Procurator sine speciali mandato non possit * prorogare Jurisdictionem. Mohed. decif. 3, de appell. Rot. decif. 21, n. 2, part. 4. divers. & in Senogallien. Salviani 5 Maii 1627, coram bon. mem. Manzanedo: Quia mandatum cum libera æquipollet speciali mandato * ad hunc effectum, ut per Paris. cons. 15, n. 3, lib. 4, & sic Procurator Lucatelli potuit jurisdictionem prorogare. Ad hoc faciunt tradita per Marches. ubi supra d. n. 50, in fin. Felin. in cap. P. & G. n. 11, de offic. delegat. Ruin. cons. 165, n. 10, lib. 5, Marant. de ord. iudicior. part. 6, membr. 9, n. 3.

Prout non obstat, quod idem Procurator insteterit pro moderacione inhibitionis. Quia cum prius, ut supra fuit dictum, consensisset in jurisdictionem, * non poterat deinde eam declinare, Bald. cons. 255, n. 2; lib. 4, Menoch. cons. 2, n. 39, Giurb. d. decif. 96, n. 14. Quia prorogatio semel facta amplius revocari non potest ex allegatis per Becc. cons. 22, n. 5, Surd. cons. 204, n. 9.

Minus potest mandatum A. C. dici nullum ratione iniustitiæ ob non exhibitam in processu Instrumenta originalia Investiturarum, & non exi-

sentiam pacti capiendi possessionem propriâ auctoritate. Quia de his videndum erit quando agatur de iustitia mandati, & interim sufficit respondere, quod ut Injustitia æquiparetur nullitati, * debet esse notoria ex allegatis in decif. 330, n. 4, coram san. me. Greg. XV. Ultra quod etiam si non fuerint in actis producta omnia iura pro parte D. Episcopi necessaria ad probandam illius intentionem, non ideo tamen sententia dicitur à suo principio nulla, sed indiget revocatione mediante appellacionis remedio, uti lata contra Jus partis, * non autem contra Jus Constitutionis 18 l. 1, vers. quod si de iure suo, ff. que sent. sine appell. rescind. l. 2, vers. quod si cum de ætate, ubi gloss. in verb. palam est in fin. C. quorum appell. non recip. expresse firmavit Rota penes Bellam. decif. 73, per totam, sed dum agitur de validitate mandati A. C. nondum executi, actualis exhibitio ipsarum investiturarum * facta in Rota suffragatur ad effectum coadjuvandi probationes jam factas coram A. C. Rota coram Rev. Urgell. decif. 73, n. 7, & decif. 230, n. 9, coram eodem, in quibus plura allegantur ad hunc effectum. Rot. dec. 241, n. 32, part. 7, recent. cum aliis allegatis in Ariminen. Molendini, 1 Junii 1640, coram R. P. D. meo Bicchio in fin.

Ex quibus, cum satis superque pateat de Jurisdictione A. C. qui relaxavit mandatum de associando; Neque dubitetur, quin præcesserint debite citationes, & constet de mandatis Procuræ comparentium, pro validitate dicti mandati, utraque parte informante, fuit resolutum.

DECISIO XXVIII.

R. P. D. BICCHIO.

Urbeveta Legati.

Veneris 5. Aprilis 1647.

SUMMARIUM.

- 1 Legatarius habet actionem hypothecariam, & personalem. Quantitatis fructus sine usura non percipit, n. 10, Declara ut n. 11, & 12. Fructus rei legatæ facit suos, n. 15.
- 2 Dicitio, ultra, importat utriusque legati consecutionem.
- 3 Fructuum acquisitio est effectus possessionis legatæ; Causa, fructuum prohibitio molestiæ in re legata fieri solet, n. 5.
- 4 Hypotheca competit pro lucro dotis.
- 6 Fructus non imputantur in legato, quando proprietatis integrè legatæ.
- 7 Legatum ad inducendum, sufficit omne verbum significans sensum legantis. Quando dicitur alternativum, n. 54.
- 8 Dictiones donec, & quousque significant dationem in pignus. Declara ut n. 9.
- 13 Legato in alternativo non cadit usura.
- 16 Falcidiæ detractio, quæ verba importent detractio non est locus, quando legata excedunt dodrantem, n. 17.

PER hæc verba Joanna Marabottina legavit Francisco Phœbeo ejus Viro: Item Jure legati reliquit, & legavit d. Perillust. D. Francisco Phœbeo ejus Viro scuta 500, monetæ currentis, Paulorum decem pro scuto, liberè, & absque ullo onere: ultra tamen tertiam partem Dotis d. Testatricis d. D. Francisco, de Jure, debitam, & modo, & forma hic infra describendis. Et paulò infra, postquam declaraverat, quod Francisco possidebat ratione

Dotis tria Prædia, ibi nominatim expressa, subdidit: *Quæ quidem Prædia, & bona d. D. Testatrix voluit, & mandavit, quod idem D. Franciscus possit, & valeat, eique liceat retinere, & possidere pro tertia parte d. Dotis D. Testatrix, etiam quod d. bona essent valde majoris valoris, & pretii, donec tamen, & quousque eidem D. Francisco consignata fuerit per infra-scriptum ejus Hæredem, integra pars omnium, & singulorum bonorum, tam q. Gasparis Patris, quam q. Virginie Matris d. Testatrix, & aliorum bonorum quorumcumq; &c. ita tamen, quod d. D. Franciscus habeat, & habere debeat tertiam partem omnium bonorum d. Testatrix, ut supra, & interim, ac donec, & quousque d. D. Francisco non fuerit consignata d. tertia pars omnium dictorum bonorum, voluit, & mandavit d. D. Testatrix, quod d. D. Franciscus ab Aliquo super dd. tribus prædiis, & bonis desuper descriptis quovis sub prætextu, & causa molestari minimè possit, nec debeat, &c.*

Quorum occasione, defuncta Uxore Testatrice, Phœbeus duo separata Judicia introduxit contra Leandrum Testatrix hæredem, alterum super confiscatione tertiæ partis bonorum; alterum super solutione scut. 500. cujus prosequendo hodiè discussionem, proposui Dubium; an legatum scutor. 500. debeat integrum: Et affirmativè resolutum fuit; quia legatum hujusmodi legitur oculariter in verbis Testamenti supra recitatis, ex quibus Legatario competit actio, * tùm personalis, tùm hypothecaria, l. 1. ubi notant omnes, C. Com. de legat. §. nostra Instit. de legat. Surd. de alim. tit. 3. q. 4. n. 2, & seqq. & decis. 76. n. 4, & seq.

Duo autem objecta ex adverso excitata, nempe quod Phœbeus teneatur imputare in sortem d. Legati fructus trium prædiorum hæreditarium, quos per quinquennium percepit, quodque ex Legato sit detrahenda Falcidia, visa fuerunt non relevare; animadvertendo quoad primum, quod in Testamento tria fuerunt legata Phœbeo, primò scuta quingenta; secundo tertia pars omnium bonorum, ibi: *Ultra tertiam partem, &c.* Hoc enim importat dictio, * *ultra* Jacob. de Arena in l. qui ita, ff. de dot. præleg. Bart. ibid. n. 2, Cuman. conf. 112, n. 1, Gratian. discept. 116 n. 41, Surd. decis. 285, n. 10, Rot. in Mutinen. Dotis, 16 Janu. 1641, coram Eminentiss. Panzirolo.

Tertiò ibi: *Quæ quidem Prædia, &c.* Legata fuerint tria prædia, eorumque fructus ad tempus quousque per hæredem consignaretur Phœbeo integra tertia pars omnium bonorum, ut constat; Tùm quia Testatrix mandavit, quod Phœbeus possit prædia nedùm retinere, id, quod significaret forsitan retentionem in pignus; sed addidit, & possidere, quod verbum esset otiosum, nisi referretur ad titulum possessionis, pro suo, & secum trahit fructuum * acquisitionem, cum sit effectus possessionis legata, l. bonæ fidei ff. de acquir. rer. dom. Grat. discept. 615, n. 32, Gonz. super reg. 8. glos. 34, n. 112, Rot. dec. 1, sub n. 1, de rest. spol. in novis, aliique relati à Modern. Perusino de manu. observ. 23, n. 8, & 9. acquirunturque fructus Legatario à die mortis, quando, ut in casu nostro, ab ipso percepti fuerunt, Ant. Faber de conject. lib. 7. cap. 3. sub n. 8, ex text. in l. nihil proponit 120, §. ult. ff. legat. 1. Matthienz. lib. 5. recop. tit. 4. l. 1, glos. 14. n. 25, limit. 5, quò magis; quia inutiliter retentio, & possessio bonorum legata fuisset, nisi fructuum liberam acquisitionem importaret; cum maritus, qui prædia, vivente Uxore, possidebat, eorundem, defunctæ uxore, retentionem, loco pignoris, quousque tertia pars omnium bonorum sibi pro lucro dotis à statuto consignaretur, haberet, ratione pro-

præ hypothecæ, * quæ competit etiam pro lucro dotis. Ant. Gomez in l. 52, Taur. n. 41, Petr. Barbof. in 6. part. l. 1, n. 15, in fin. ff. solut. matr. Rod. Suar. in l. 1, lib. 3, for. tit. de arrhis, n. 60, Gasp. Roderic. de ann. rediv. lib. 3, q. 7, sub n. 54, vers. amplia secundò, Castil. contr. jur. lib. 3, c. 4, n. 31, Rot. dec. 383, n. 13, part. 5, recent.

Tùm quia prohibuit Testatrix, ne Phœbeus super dd. tribus prædiis, quovis sub prætextu, & causâ, molestari possit: unde resultat, legatum fructuum; quia talis prohibitio illorum causâ fieri solet, Dec. conf. 278, n. 5, & 6, Cephal. conf. 37, n. 36, Bertazzol. conf. 51, n. 3, Menoch. præsumpt. 134, n. 17, lib. 4: Castill. contr. jur. part. 1, cap. 30, n. 35.

Tùm tertiò, quia retentio, & possessio prædiorum legata fuit, quousque consignaretur Legatario integra tertia pars omnium bonorum, ponderando verbum, *integra*; Cùm enim testator cogitate potuerit, consignationem hujusmodi futuram post aliquod tempus, arbitrio hæredis, & sic postquam Legatarius perceperat fructus prædiorum, & nihilominus voluerit ei tertiam partem omnium bonorum integram consignari, factis exinde apparet Testatrix voluntas, quod fructus prædiorum acquirerentur Legatario, nec in Legatum sortis imputarentur, * quia alioquin non consignaretur integra tertia pars; sed diminuta ex dictorum fructuum perceptione, ut in simili arguit Surd. conf. 291, n. 16, post Bertrand. conf. 75, n. 6 p. 2, lib. 2, & ad inducendum legatum, * sufficit omne verbum, significans sensum legare volentis, l. 2, in princ. C. commun. de leg. Cyriac. cont. 548, n. 74.

Non obstat, quod prædia fuerint legata sub conditionibus, donec, & quousque, quibus significari solet datio in pignus, Pacif. de salv. inspect. 4, c. 1, n. 216, & 217, Castill. contr. jur. lib. 3, c. 23, sub n. 60, Surd. conf. 243, n. 7, Rot. decis. 261, n. 15, p. 7, rec. & per consequens fructus imputandi veniant in sortem, l. 1, & 2, juncta l. fin. C. pignor. act. l. 1, C. distract. pign. Cuman. conf. 19, n. 4, Surd. conf. 194, n. 10, quia procederet objectum, nisi ex aliis supra ponderatis constaret de voluntate Testatoris, legendi ipsa prædia, eorumque fructus transferendi in liberam dispositionem legatarii, qua voluntate stante, verba, donec, & quousque * non restringunt legatum quoad substantiam, uti in simili dicimus de legato factò mulieri donec, & quousque vitam vidualem servaverit, vel alteri, donec, & quousque cum hæredibus habitaverit; sed solum restringunt quoad tempus, & important temporalitatem, quæ legatis adjici potest, l. fin. C. de legat. Cancer. var. resol. tom. 3, c. 20, n. 45, adeò quòd, cum prædia non sint legata pro securitate tantùm; sed, ut maritus illis interim fruatur, & fructus suos faciat, nullatenus computandi sunt fructus in sortem, Less. de just. & jur. lib. 2, cap. 20, dub. 16, n. 141, Filliuc. qu. moral. tom. 2, tract. 34, part. 2, c. 5, n. 110, Mart. conf. 17, n. 16, quia potuit Testatrix prædiorum fructus, ex mera sua liberalitate, legare Marito, Surd. de alim. tit. 9, q. 18, sub n. 12, vers. postremò.

Minus obstat, quòd Legatum fructuum, donec præstetur res legata, sit usurarium, * & illicitum, 10 Barbof. in 1, part. l. 2, n. 41, ff. solut. matrim. Neguf. de pign. part. 5, memb. 5, n. 10, vers. Sextò amplia, Menoch. conf. 441, n. 32, vers. respondetur, Surd. conf. 23, n. 3, Buratt. decis. 144, n. 8, & 9, quia vera est conclusio, quando pure legata est quantitas, eamque legatarius statim consequi poterat; Cùm tunc fructus videantur legati, ob retardatam solutionem, & virtualiter insit tacita pactio solvendi usuras pecuniarum, in quibus terminis loquuntur quotquot ex adverso allegari possunt: secus verò

verò est, quando, ut in casu nostro, fructus legati fuerunt ex mera liberalitate; non autem propter moram hæredis in præstando rem legatam, quod, ultra supra deducta, comprobatur; quia Testatrix prædia voluit per maritum possideri, quamvis eorum fructus longè excedant annum redditum tertiæ partis bonorum marito legatæ, ut in his terminis ponderat Surd. de alim. tit. 9, quæst. 16, n. 53, vers. vel etiam, ubi dicit rationem; quia tunc non est verisimile, quod Testator cum tam gravi jactura respexerit ad moram hæredis, argumento l. cum de indebito, ff. prob. & cessante respectu ad moram, cesset suspicio usuræ; ut per Socin. in l. 2, n. 17, usque ad 10, ff. his, quæ pæn. nom. Surd. conf. 23, n. 12, Grat. discept. 34, n. 35.

Præsertim, dum non fuerunt legati soli fructus correlative ad debitum quantitatis; sed ipsa prædia de sui natura fructifera, * & sic fructus veniunt consecutivè ex prædiorum legato, ac dominio, à quo pendet fructuum acquisitio, ad text. in l. bonæ fidei, ff. acq. rer. dom. l. fructus, ff. usur. Cancer. var. resol. tom. 3, cap. 20, n. 20, Monter. decis. Aragon. 17, n. 63, & ad propositum ponderat Cribell. decis. Dolana 145, n. 12, in fin. & n. 13, Ant. de Amat. resol. 83, sub n. 14, in fin. & n. 15, & quod plus est, etiam legatum tertiæ partis bonorum omnium, quòd donec præstetur, legata fuerunt prædia, consistit plerumque in stabilibus, quæ cum essent de sui natura fructifera, judicandum est non secus, ac de legato speciei, & fructus debentur, Menoch. conf. 441, sub n. 32, vers. nec repugnat, Cephal. conf. 133, n. 138, Rot. post Modern. de legit. dec. 29, n. 2, Cyriac. contr. 542, n. 33, prout debentur, quando legatum est alternativum, in quo non cadit usura; cum de natura usuræ, sit multiplicatio obligationum, non alternatio, Bald. in l. unic. n. 38, C. his, quæ pæn. nom. Cancer. var. resol. tom. 3, cap. 7, n. 39, Lupus in l. curabit, Comment. 1, §. 4, n. 73, circa med. ff. act. empt. Rot. d. dec. 29, n. 9, apud Modern. de legit. & in casu nostro dicebat unus ex Dominis legasse legatum esse alternativum: Tùm

14 quia Testatrix videtur, * vel tertiam partem omnium bonorum, vel tria prædia à marito possessa, eorumque fructus, ad text. in l. 1, ff. pæn. legat. l. cum sine præfinitione, juncta glos. in princ. ff. quando dies leg. ced. Surd. conf. 156, n. 19, tum etiam, quia legata parte omnium bonorum quotitativa, nempe tertia parte, vel simili, est in electione hæredis, vel dare partem cujuslibet rei, si patiatur commodam divisionem, vel æstimationem; ut ex text. in l. non amplius, §. fin. ff. leg. 1, tradit Aldobr. consil. 115, n. 25, lib. 1, Cyriac. contr. 390, n. 43, & 44.

Tandem gratis dicitur, legatarium declarasse, se possidere tria prædia, loco pignoris, dum coram Auditore Cameræ in prima instantia asseruit se creditorem tertiæ partis, * pro lucro dotali, & institit pro consideratione bonorum in solutum, ad tradita per Surd. decis. 92, sub n. 6, vers. tertiò omnes, & n. 7, quia legatarius solum institit pro consignatione tertiæ partis bonorum, juxta formam jurium in actis productorum, adeoque juxta legata sibi ab uxore relicta in bonis, ut supra. Et in omnem eventum, dato (nisiquam tamen concessio,) quòd prædia legata essent in pignus pro securitate mariti, quousque ei tertia pars omnium bonorum consignaretur, fructus ex prædiis percepti imputandi essent in sortem dictæ tertiæ partis bonorum, de qua hodie non agitur: sed de legato separato scut. 500. Nec verificatur, quòd jam consignata fuerit dicta tertia pars bonorum integrè, reservato Jure imputandi fructus ex prædiis perceptos, in legatum scut. 500. quia

Decisiones ad Tract. de Alim.

imò adhuc alia lis principaliter pendet coram me, per separatam commissionem super eo; an tertia pars bonorum integrè consignata fuerit.

Quantùm verò attinet ad detractionem Falcidie, prætendebant Informantes pro Phœbeo, illam fuisse prohibitam, * ex quo Testatrix mandavit solvi scuta 500, liberè, & absque ullo onere, quæ verba importare prohibitionem Falcidie, censuit Petr. de fideic. q. 15, n. 194, vers. quintum exemplum, & n. 199, vers. 14, exemplum; quia Falcid. etiam tacite prohiberi potest, Mant. de conject. lib. 7, tit. 12, n. 10, Boër. dec. 44, n. 23, & idem est mandare, quòd legatum præstetur liberè, & mandare, quòd præstetur absque diminutione, quo casu, Falcid. censeferi prohibitam, tradit Mant. dicit. tit. 12, n. 16, Rot. dec. 421, n. ult. coram S. me. Greg. XV. cum aliis allegatis per Adden. ad Buratt. decis. 480, n. 20, sed contrariam sententiam tuetur Pereg. de fideicom. art. 3, n. 94, & 96, ubi allegat Concord. & dicit, ab hac opinione non esse recedendum; quia verba illa intelligi possunt de libertate ab oneribus intrinsecis, & hypothecis, utque censeatur prohibita Falcidia, oportet, verba esse adeò clara, ut aliam interpretationem habere non possint, Cyriac. contr. 326, n. 29, Mart. de succ. leg. part. 4, q. 28, art. 3, n. 19, Oldr. conf. 248, n. 4, vers. & talis prohibitio, aliique relati à Moder. Pisarenis de Impu. quæst. 113, nu. 17, & seqq. & quæst. 115, n. 31.

Ideo Domini, omnia discussione utriusque opinionis ex alio fundamento, censuerunt, non esse locum detractioni Falcidie; quia scilicet non fuit probatum, * legata excedere dodrantem hæreditatis ut oportet, §. hinc nobis, Auth. de hæred. & Falcid. Rota dec. 89, n. 21, & 22, p. 5, recent. & probandum est ab hærede Falcidiam prætendente, §. Sancimus igitur, Auth. de hæred. & Falcid. cum aliis adductis per Moder. Bonon. de acquir. poss. q. 8, art. 35, n. 965, & plurib. seqq. Et ita, &c.

DECISIO XXIX.

R. P. D. VEROSPIO.

Avenionen. Pecuniaria.

Veneris 5. Aprilis 1647.

SUMMARIUM.

- 1 Eos detrahatur de fideicommissio ascendente, quando non extant libera, aut debitis implicata, & n. 3. Amplia ut n. 2. Declara ut n. 5.
- 4 Obligatio stipulata pro sorte trahitur ad usuras.
- 6 Fructus dotales non taxati, debentur juxta dispositionem statui.
- 7 Legitima legatum, in pecunia debetur cum fructibus, ubi hæreditas consistit in stabilibus.

IN decisione coram me emanata, sub die 10. Decembris præteriti reformata fuerat sententia graduatoria inter Claudii Creditores, super ejus Patrimonio, ac Spirituæ Conjugis hæreditate prolata, & actio attributa Felicie, ut consequi posset ex fideicommissio Claudii senioris sui ascendente scuta ducenta pro residuo dotis promissæ à Patre, qui nullis relictis bonis liberis, vel saltem plurimo ære alieno gravatis decesserat; Cùm verò ex eodem fideicommissio fructus dotales prædicti residui sibi debitos esse contenderet Felicia (in præterita decisione non deductos;) Eos quoque inde consequi posse hodie Domini responderunt. Dum enim bona libera non existunt, * sed pluribus probantur debitis involuta ex dicta sen-